



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Et Virtutes Venerabilis Patris Lvdovici De Ponte, Societatis Jesu

Lamparter, Heinrich

Jngolstadii, 1662

Cap. VI. Gubernatio Patris Ludovici.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43978

CAPUT VI.

GVBERNATIO PATRI
LVDOVICI.

I.

DVorum Collegiorum Rector
fuit Ludovicus, Vallisole
ni, & Villagarcienfis, in quo sim
Magisterium Novitiorum habu
de quo infra dicitur; nunc de
gubernatione, in qua sibi ali
impresserat, quæ S. Ignatius pr
scripsit Rectoribus; videlicet
rum officium esse in primis, or
tione, & sanctis desiderijs totum
Oratio- ne juvat subditos. Collegium, velut humeris suis
sustinere: quod ipse quidem fec
insigniter, nihil decernendo, quod
non prius contulisset cum Deo
licet exigui videretur esse momen
ti: sed ea, quæ medijs humanis in
tellexit non posse confici, multo
impensius commendabat. Maje
stati Divinæ, semper optato suc
cessu

cessu. Ita Jacobus Vela, qui magno
cum zelo, fructuque multas mis-
siones obierat, cum venisset ad
illum Villagarciam pleuriti labo-
rans, magnoque desiderio tenere-
tur vitæ longioris, ut posset ube-
riore, sicut agebat, pœnitentia di-
luere sua peccata, adhibitis pro
eius impetratione etiam patronis
cœlestibus; vi precum Ludovici
repente mutatus, longè aliam in-
duit mentem, quam nullis adhor-
tationibus ab eo potuerat obtine-
re. Siquidem à sacro, & precibus
pro ipso factis, ad eum reversus
Ludovicus invenit, omisso deside-
rio vivendi, totum se permisisse
Divinæ voluntati, & qui tota vita
sua consueverat magna cum ari-
ditate animi orare, nunc inundan-
tem tenero sensu, & affectibus ar-
dentibus amore cœlestium, sapius
ingeminare illas voces Apostoli:
*Gratias DEO, qui dedit nobis victo-
riam*

*Impe-
trat uni
prompti-
tudinem
morien-
di.*

riam per *JESVM Christum*, & *Vade*,
 plenam vitæ melioris fiducia dicto
 animam reddidit, in magno se muta
 per metu Divinæ severitatis, & i facere
 tegritate traductam: de quo plu vis a
 bus scribit ipse Ludovicus in v bile fo
 P. Alvarez cap. 47. præteritis, q pit, qu
 ad laudem suam spectabant, sed vis re
 ijs accepimus, qui rei præsent boru
 fuerunt, maximè ab Alfonso B quam
 mero, viro perquam gravi, & se peror
 titatis, ac doctrinæ conspicua aliàs

II.

*Alteri
 copiam
 concio-
 nandi.*

Simile quid accidit Vallisole dem c
 ubi cum repentina infirmitat popul
 correptus quispiam, concionem cibus
 quam oportebat, habere non po refer
 se, & alter, qui ipsi sufficiebatur anno
 eufaret se brevitate tēporis, quo cet P
 vix trium horarum fuit, quib jorem
 concio paranda erat, Ludovic quam
 animo breviter ad orationem libera
 converso, vultu placido lenite bus, q
 percutiendo pectus illius, dixit suffici
 Vad

Vade, plus erit, quàm cogites. Quo
dicto alter subito sensit cor ita sibi
mutari, ut nihil amplius dubitaret
facere, quod petebatur, quantum-
vis auditorium frequens, ac no-
bile foret: atque ut meditari cœ-
pit, quæ diceret, affluxit ei tanta
vis rerum, & in dicendo copia ver-
borum, ut ipse testatus fuerit, nun-
quam se promptiùs, alacriùsque
perorâsse: imò, cùm consuevisset
aliàs nimio opere fatigari, tunc ei
tantùm superfuit virium, ut eo-
dem die sub vesperum denuo ad
populum dixerit. Quæ omnia pre-
cibus Rectoris adscripsit. Eòdem
referri potest, quòd cùm quodam
anno gravis incubuisset fames, li-
cet Procurator diceret, non ma-
jorem annonæ copiam esse domi,
quàm necessaria sit, jufferit tamen
liberaliorem stipem dari pauperi-
bus. quàm alijs annis, & non solùm
sufficiens frumentum Collegio,
E sed

sed etiam superfluum fuerit. Quomodo
omnes, qui noverunt, precibus
Ludovici tribuerunt.

III.

*Promo-
vet o-
mnes in
spiritu.*

Solitus est à subditis omnibus
etiã senioribus, poscere sæpius
anno rationem cõscientiæ: sæpius
etiam agere sigillatim cum scilicet
lasticis de rebus divinis, & per
nentibus ad cujusque profectum
in spiritu, scitè subijciendo illa
quibus excitaret eorum fervore

*Omnia
cũ tran-
quillita-
te agit.*

Res agēdas ita ordinare, & acco-
modare temporibus, nulli ut ex-
sationi locum relinqueret, qui
minùs omnia examussitate
rent, ad regulam cujusvis officii
validè se opponendo moribus
troducatis contra placita Superi-
orum; nihil dissimulando. quod pe-
peram factum esset; nihil relaxan-
do, aut concedendo etiam gratia
bus viris. Ità illi, qui in vicinis
concionari debuit, multis argu-
mentis

*Constan-
ter disci-
plinam
urget.*

mentis petenti, ut uno die liceret
sibi sine socio manere cum amicis
quibusdam, constanter negavit.
Ità etiam alteri viro gravi, petenti
in suo conclavi asservare passulas,
ut cum pro more suo nonnunquã
jejunaret, esset ad manus, quo se
refocillaret non nihil. Concessit
illam refocillationem quoties in-
digeret, non tamen privatim, sed
in communi triclinio. Sæpe tem-
pore, quo secundum consuetudi-
nem Societatis orationi vacandũ
est, obibat ipse singulorum cubi-
cula. Si quem notaret alio loco se
detinere, quàm eo, quo erant obe-
unda spiritualia, accedens eum
suaviter commonefaciebat officij.
Accuratos volebat omnes in suis
muneribus, tam magistros ac di-
scipulos, quàm confessionibus au-
diēdis, aliisve ministerijs addictos.
Si quis morbo impediretur, mu-
nus ipse supplebat: id, quod inter-

E 2 dum

dum ad plures dies, & mentis duravit.

IV.

Neque minor ei cura fuit, ne quid ulli deesset è rebus necessarijs: ut suo quisque muneri tam meliùs attendere, & eo liberius urgeri posset ad observantiam disciplinæ, quo liberaliùs præberetur eis necessaria. Delectabatur quidem studio suorum in expellenda paupertate; sedulo tamen cavebat, ne per nimium ardore fractis viribus corporis, inutiliter evaderet ad majora DEI obsequij. Si quem tempore frigidò videret indigere stragula, suam ei dabat renitentibus præ modestia, dicebat solitus; *Accipe, faciliùs acquiesce ego aliam, quàm tu.* Facilis & liberalis fuit, in concedenda idonea temporibus remissione à studiis, ut recreati alacriores reverterentur ad illa: Solitus interim ipse

*Providet
omnibus
necessaria,*

corat

coram venerabili Sacramento pro
ipsis orare DEVM, uti Job factitavit
olim pro suis, inter eorum convi-
via. Infirmorum ei cura fuit multò
maxima: illis adesse creberrimè:
sua apud eos negotia peragere, le-
gendo, orando, cogitando, ne, si
quare indigerent, opus esset eum
advocare è suo cubiculo, cum ali-
quo illorum incommodo ex mora
tantilla: cum tanta commiseratio-
ne illos tractare, ut magna confi-
dentia ipsi crederent infirmitates,
quas alijs non audebant aperire.
Quando verò multi simul ægro-
tabant, sicut eis compatiebatur,
ita sibi gaudebat occasionē offerri
caritatis exercendæ. Sic Vallisole-
ti, cum Collegium haberet plenū
ægotis, gratulabundus dixit cui-
dam; *DEVS videtur velle implere
desideria mea.*

V.

Duo quædam gratam fecerunt

E 3 ejus

*Placi-
dus, ac
tenax
est secre-
ti.*

eius gubernationem, placabilitatem
& secretum. Agebat enim cum
singulis vultu semper placido cum
gravitate, nihil perturbationis pro-
ferendo; in quacunq[ue] rerum
& negotiorum varietate, ac multi-
tudine, semper sibi similis, semper
tranquillus. Nam fuit mentis
pacissimæ, quæ multis rebus age-
dis par esset: unde sic omnia ordi-
nabat in suo cubiculo, ac si veni-
retur in omnibus officinis. Fidei
secreti omnes amabāt in eo, cum
nihil occultorum defectuum in
cognitorum unquam proman-
surum ad alios: unde & magna
confidentia detegebant ei suas
miserias, quas nōrant in ejus pro-
fessore commori. Nam si quando
esset opus rem conferre cum alio
tam cautè id agebat, ut nihil pro-
deret omnino, quod esset silentio.
Sicut etiam si quis reprehendi de-
beret, id verbis paucis, itaque tem-
perati

peratis faciebat, ut reus & culpam suam, & animum simul reprehendentis agnosceret omni perturbatione carere; quod in præfervidæ naturæ viro fuit mirabile. Si verò (quod rarum fuit) aliquis monitionis impatiens in voces incomptas erumperet, ipse continuò siluit, re in aliud tempus dilata, quo alter emendationi aptior esset.

VI.

Quàm benignus alijs, tam sibi durus & rigidus fuit; ut adeò Superioriores coacti sint, ejus conser-
vandi causâ, subijcere illum alteri, *Sibi met ipsi durissimus.* cujus arbitrio modus fieret ejus austeritati. Fuit is ordinariè Minister Collegij, cui quoad ea, quæ spectarēt valetudinem ipsius, obediebat instar Novitij, tametsi nō sine sensu pateretur præteriri se in cōmunibus oneribus. Villagarcia jussit Minister eum tractari, velut ægrotum: tulit hoc per aliquot dies; at postea rogavit enixè, ut liceat si-

bivesci cōmunibus cibis: quia boni exempli non sit, Rectorem habere delicatius. Tacuit minister, iussit nihilominus ei dari alios cibos tanquam infirmo: quos cū misisset, ut darentur alteri magis indigenti, allatos denuo tum quidem comedit, quòd videret Ministrum constanter id velle; deinceps tamen ut sanus tractatus est, quòd apparet vires ei à cœlo præbere ut peculiari curâ non egeret. Idem ferè contigit Vallisoleti, ubi similiter causatus, non esse exempli. Rector lautius cœnet, cū diceret Minister, melioris exempli fore si etiã Rector obediat, fecit quantum primum; contestatus tamen, plurimum mollibus ac delicatis escis detrahere suæ valetudini, quàm si utatur cōmunibus. Quod agnoscens Minister, permisit eum postea suo modo vivere.

VII.

Licet ex ijs, quæ diximus, per
spicuum

spicuum sit, talem omnino Rectorem fuisse, quales optavit, & descripsit S. Ignatius; idemque viri, qui eum noverunt gravissimi, nominatim Jacobus de Sosa, magnis muneribus in Societate præclarus, restatum reliquerint, eum omnibus numeris absolutum Superiorem fuisse: nihilominus ipse gemebar sub hoc onere, quasi nihil ad hoc aut virium haberet, aut gratiæ: neque destitit urgere multis modis, donec ei valetudo immunitatem creavit. Quo tanto lætior fuit, quanto (ut S. Franciscus dicebat) certior *in pralatione casus, in laude precipitium, & in humilitate subditi, anima lucrum esse,* *Iubetur*

VIII.

inspicere

Neque tamen ab omni munere *precipua* ad gubernationem spectante licuit *Collegia* esse libero. Instituit Claudius A- *Castella.* quaviva, Præpositus Generalis, in qualibet Provincia ternos, vel quaternos è gravissimis viris, quorum

E s erat

erat non gubernare, vel statuere
aliquid pro potestate, sed inspicere
solum in Collegijs sibi assignatis
& observare, an agantur omnia
vetere spiritu & instituto; & si qua
invenerint minus rectè fieri, ubi
hoc diligenter egerint cum superi-
rioribus, ac primoribus viris,
Præpositum Generalem edocuerunt
rint, videre an emendentur ad mo-
dum, ab eo præscriptum. Unde
etiam non Visitatores, sed Inspi-
ctores vocabantur. Jussus est ergo
Ludovicus inspicere præcipua Col-
legia Castellanae Provinciae: quo
fecit cum tanta prudentia, dexte-
ritate, fructu, & omnium gratia, &
mirificis laudibus eum extulerunt
& Salmanticense Collegium, ejus
Provinciae præcipuum, cujus visen-
di initium fecit anno 1398. Recto-
re Josepho de Acosta, in tabulas
retulerit, quanto solatio omnium
& successu, religionis integritate
ab eo consultum sit, solerter præ-
struere

struendo viam omnibus incommodis, & suavis medijs Apostolicæ vitæ perfectionem promovendo.

I X.

Sed eam lustrationem tum corporis imbecillitate, cum temporū infelicitate finire non potuit. Nam anno 1599. sævissima pestilentia totam Hispaniam pæne vastavit. Nam quocunque locorum devenit, quod solum, absque socio, debilem, pallidumque, & quasi cadaver ambulans viderent, judicarent eum pestem secum afferre, ac proinde excluderunt non tantum locis obscuris, sed etiam illustribus, ubi non erat ignotus; ut Palentiæ contigit, ubi licet exhiberet literas fide publica testantes, eum non transivisse per loca infecta, & Rector ejus Collegij, Jacobus de Sosa, tentaret omnia; tamē obtinere non potuit, ut reciperetur

Pestilentia per Hispaniam.

tur in civitatem. Coactus est ergo
manere per noctem in vestibulo
templi cujusdam suburbani, tanta
majore animi sui gaudio, quam
gravioze incommodo infirmi,
fere exanimis corpusculi. Cùm
Villagarciam venisset, etiam lo
ingressa maximam edidit stragem
præquam ullo in loco Hispaniæ
Hæc insignis materia fuit char
tatis Ludovici, qua efflagravit in
rum in modum: siquidem domo
& foris apud egrotos assiduus, qu
cunque re poterat, eos adjuvit
non obiter aut semel eos tantum
accedendo, sed bis terte in die
per integras horas manendo cum
ipsis, licet in angustiis non raro
tugurijs decumberent; atque hoc
sine omni amuleto, quasi tanquam
peste non posset. Neque curavit
nostros tantum, dum viverent, sed
etiam defunctos in tumulo solo
deposuit, ne quis alius afflaretur
veneno

*Servit
peste la-
boranti-
bus.*

veneno; licet non deessent in Collegio plures, qui hæc officia præstare possent, & expeterent: sed ipse nullum admisit tam piæ operæ socium, asserens se nulla re alia posse prodesse Collegio. Quæ omnia idoneis testimonijs Antonij Montefini, & aliorum, qui tantis exemplis interfuere, comperta sunt.

X.

Ad gubernationem refertur etiã officium Consultotum Provinciæ, quorum non est definire quidquã sed consilium & sententiam suam dicere, definiendi potestate Superiori relicta. Sæpius huic admotus est Ludovicus, quod magna semper & modestia gessit, & autoritate. Nam & illius iudicium tum Præpositi, tum ceteri Consultores plerumque secuti sunt, eum etiam consulere soliti, quando id munus non habuit. Proferebat, cum ipse erat

Fit Consultor Provincialis.

erat loqui, suam sententiam, cum
 gravi pondere rationum; non
 men urgebat eam: imò si proba
 liora quis attulisset, nō ægrè dis
 debat ab ea, tametsi alter ipso
 nior esset. De his autem, quæ a
 tata fuissent, cum alijs, quàm cu
 Consultoribus loqui, piaculo
 xit. Nec minor illius authorita
 fuit in Congregationibus totius
 Provinciæ: nam Generali ne
 teresset, obfuit infirmitas corp
 ris.

CAPUT VII.

LUDOVICI PRÆFECTI
Spirituales.

I.

*Instruit
 Novi-
 tios.*

Diversis temporibus Ludov
 cus formando Novitiorum
 & perficiendo, promovendoque
 veteranorum spiritui præfectus
 fuit. Sub finem anni 1585. Salma
 tica Villagarciam venit, sociu
 Hiero